

DISSERTATIO JURIDICA

DE

REMEDIIS JURIS CONTRA SENTENTIAS IN GENERE,
& DE SUBMISSIONE SENTENTIÆ SPECIATIM.

PARS PRIMA,

QUAM,

SUFFRAGANTE CONSULTISSIMA FACULTATE JURIDICA,
PUBLICÉ VENTILANDAM SISTUNT

WILHELMUS GABR. LAGUS,

PHIL. MAGISTER, J. U. DOCTOR, JURIS OECONOMICI & COMMERCIORUM ADJUNCTUS,
IMP. SOC. FENN. OEC. SECRETARIUS SECUNDUS,

&

JOHANNES LAUR. LAGUS,
WIBURGENSES.

IN AUDIT. JURIDICO, DIE XXI JUNII 1825.

H. A. M. C.

ABOÆ, IN OFFICINA TYPOGRAPHICA SOCIETATIS BIBLICÆ.

*THO A FORNI LAGHA RÄTTIR SEIN WIRDNINGA WÄRDIR, THA
KOMBER STUNDUM SWA TIL, AT VMSKIPTIS THÄN LAGHA STADHGI
SUM SKIPADHER ÅR, TIL AT RÄTTA KRANKRA MANNA SIDHI, OK
MÄDH JÄMNADH AFLÄGGIA MANNA MISSAMI, FORE THÄN SKYLD,
AT SWA SUM TIMIN LIDÅR OK MÄN FRAFALDÅ OK ANDRI TILFÖ-
DIS, SWA YMSKÄS MANNA SAMWÄRA: FORE TY AT I LANGUM TI-
MÄ KUNNU MANG NY FALL HÄNDA, OK ATHIR FORE TY, AT I
GAMBLUM LAGUM HITTIS SUMT MÄDH FAUM ORDUM AT SAGHT, OK
ÅI SWA LIUSLIKA SUM WIDH THORF.*

KON. BIRGERS STADFÄST.

UPLL.



DIVINAE QUIDEM RES PERFECTISSIMAE SUNT; HUMANI VERO JURIS CONDITIO SEMPER IN INFINITUM DECURRIT, ET NIHIL EST IN EA, QUOD STARE PERPETUO POSSIT: MULTAS ENIM FORMAS EDERE NATURA NOVAS DEPROPERAT.

IMPER. JUSTINIANUS,
§. 18 DE CONFIRM. DIGEST.

PRAEFATIO.

Inter varias partes, quibus continetur Scientiæ Civilis universitas, ea quæ circa *Rem Judicariam* versatur, cæteras fere omnes vi et amplitudine superare videtur. Scilicet qui naturam rationemque Reipublicæ sollicitius exploraverit, perspiciat, ne cessere est, Judiciorum vim per omnes civitatis venas esse quasi diffusam, arctumque adeo vinculum intercedere eorum rationem inter et ipsam sic dictam Regiminis Formam, ut si *libertas politica* ab hac pendeat, *libertas civilis* sine iis recte et

tias significari solent. Cum scilicet ad plenam et adcuratam caussarum cognitionem id pertinere videretur, ne ab unius judicis opinandi licentia ci-vium vita, fortunæ, existimatio penderent, sed iis, qui judicis cujusdam vel malitia aut iniquitate, vel imperitia aut allucinatione, jus suum imminutum quodammodo sentirent, ratio quaedam esset expediendæ salutis; mirum non est, varia hoc nomine quæsita esse et inventa apud plerasque gentes remedia, quibus caussa ad alium devolveretur judicem, qui sententiam illam inquam rescindere posset. Tales erant ex. gr. apud Romanos *adpellationes*, cet.; quæ huic populo valde arriserunt, ita ut *CICERO provocationem civitatis patronam et vindicem salutaret* 5). Eiusmodi quoque in nostro jure sunt *Adpellatio, Querela et Supplicatio*. Ast vero, cum omnia haec remedia ita sunt composita, ut ab arbitrio unius alteriusve partium pendeat, an adhibeantur nec ne, iis sibi non adquiescendum esse putarunt Legumlatores recentiores. Ex ea re invenerunt remedium quoddam tantæ efficacitatis, ut si quis iniqua pressus sententia, at, vel propter verecundiam judicis, aut metum, vel inopiam nervi rerum gerendarum, vel ob socordiam aut ignorantiam, beneficio provocationis uti intermisisset, insanabilem tamen non acciperet plagam, sed perflgium portumque in justitia et æquitate superioris judicis paratum sibi inveniret. Eximium hoc re-

5) *De Oratore L. II. Cap. 48.*

medium a Doctoribus Juris nostri dicitur *Submissio Sententiae*. Qvæ vero hoc de instituto *STJERNHÖÖ-KIUS*⁶) memoriae prodidit, tam pauca sunt et exilia, ut accendisse potius quam restinxisse sitim nostram videatur; nemoque postea, quantum nos saltem rescivimus, huic doctrinae lucem atque ornamentum ita ex Historia depromsit, ut ejus primordia, progressus atque multiplices diversis temporibus ad nostram usque aetatem vicissitudines investigaret atque exponeret⁷). Haec nobiscum reputantes, et quoniam, teste *JUSTINIANO*⁸), *nihil antiquitatis penitus ignoretur*, in nobili hacce materia dilucidanda nostram nos haud passi sumus industriad desiderari. Eum vero nobis servandum esse ducimus ordinem, ut primo cetera remedia juris, summa tantum attingendo rerum capita, illustraremus, tum *submissionem sententiae* in pleniorum revocantes dis-

6) *De jure Sveonum et Gothorum vetusto*, L. I. c. 2.

7) Rationem præsentem hujus instituti, non vero ortum et progressiones, persecuti sunt: *Fick Diss. de beneficio Leuterationis*, Resp. *C. Aschling*, Ups. 1755, et *L. J. Colling* duabus, *Londinæ Gothorum ventilatis*, Dissertationibus, altera *De Sententia Submittenda*, Resp. *P. B. Samuelsson* 1765, altera *De Fundamento Sententiae Submittendæ*, Resp. *J. M. Planck*, 1775. Observandum vero est, Consult. *Fick* caussam cum effectu confundere: tractat nempe *Submissionem sententiae*, non vero *Leuterationem*.

8) §. 1. *Instit. de testam. ordin.*

quisitionem, origines, incrementa, variasque, quas in patria nostra peregerit vices, explicaremus et describeremus, deinde vero praesentem hujus instituti habitum considerantes, praemissis generalioribus ex Scientia Legumlatoria principiis, quid ad egregium hoc institutum ulterius perpoliendum et absolvendum conferre videatur, aperte atque ingenue expromeremus. Si vero his intenti oculos nostros in aliarum quoque, praecipue Germanicarum, gentium Leges institutaque aliquando reflexerimus, id eo minus nobis vitio verti speramus, quo certius sit, *hoc præcipue in rerum cognitione esse salubre ac frugiferum, omnis te exempli documenta in illustri posita monumento intueri: inde tibi tuæque reipublicæ, quod imitere, capias: inde foedum inceptu, foedum exitu, quod vites* 9).

§. 1.

Primo itaque nobis erit disserendum de remedio quodam, cuius latissime patet usus: *Adpellationes* loquor; de cuius genuina origine apud gentes Germanicas si quaeras, res est plena dissensionis inter Doctores. *HEINECCIUS* 10) hanc sententias latas impugnandi rationem jam *T'A-*

9) *LIVIUS* Præf.

10) *Elem. Jur. Germ.* L. III. Tit. VIII. § 288. in *Ejus Opp.* Tom. VII. p. 800.

CITI tempore apud Germanos invaluisse suspicatur, quamquam, quomodo ea tunc fuerit comparata, se ignorare confiteatur. Sed ejus opinio jam dudum est explosa; idque, ut puto, jure meritoque: adversatur enim ipsi Germanicae gentis indoli, a *TACITO* bene descriptae. Gens scilicet fuit haec castis probisque moribus inclyta ¹¹⁾, ceteroquin altos et ferocies circumferens spiritus, quaeque ideo non potuit non litium ambages et molestias quam maxime aversari, satiusque ducere eas Marte quam arte finire ¹²⁾; praeter haec jurisdictione domestica tantae amplitudinis, ut non modo uxores et liberos, sed servos quoque complecteretur, multos necessario litium ramos amputavit ¹³⁾. Defuere quoque istis temporibus turbines pacis et otii, lites ex litibus serere docti, nostrae aetatis non minima pars malorum, Caussidici puta. Hoc hominum genus in Germania non satis bene se habuisse vel ex *FLORO* conhicere licet, qui memoriae tradit, Germanos post cladem Varianam nullos minus μαλακῶς quam hos sic dictos Advocatos tractasse, quorum

¹¹⁾ *Plus ibi boni mores valent, quam alibi bonæ Leges.* *TACITUS Germ.* cap. 19.

¹²⁾ *VELLEJUS PATERCULUS* Lib. 11. c. 118. cfr. *TACIT.* l. c. cap. 21.

¹³⁾ *TACIT.* l. c. cap. 19 et 25. Gallos in uxores liberisque jus vitae necisque habuisse commemorat *CÆSAR de bello Gall.* Lib. VI.; ed. *A. Montani Amst.* 1661 p. 237.

*aliis oculos eruerunt, aliis manus amputarunt,
unius etiam os suerunt, recisa prius lingua,
quam manu tenens barbarus: Tandem, inquit,
vipera, sibilare desiste 14).* Cetero caussas suas
ad arbitrium discretorum virorum vel Austræ-
garum haud raro contulerunt 15), unde nulla, ut
credibile est, umquam erat provocatio. — *VI-
ARDA* 16) munus *Sachibaronum*, de quibus Lex
Salica loquitur, in eo quidem positum fuisse con-
tendit, ut lites adpellatione ad se devolutas diju-
dicarent: satisque ideo antiquum hoc remedium ei
videtur; sed ejus sententia a *SAVIGNIO* 17) op-
timi jure infirmata est. — *MONTESQUIEU-
IUS* 18) duplarem pedetentim inventam medio aevo
adpellationis rationem fuisse narrat; primum nempe
increbuisse, ut si Domini Feudales vel negligerent
vel renuerent Vasallis potentibus jus dicere, ii ad-
pellarent de defectu justitiae 19); deinde vero ad-

14) *FLORUS* Lib. IV. cap. 17.

15) *TACIT.* l. c.

16) *Geschichte des salischen Gesetzes* p. 191. cit. ap.
v. *SAVIGNY* *Geschichte d. römisch. Rechts im
Mittelalt.* Heidelberg 1815, Vol. I. p. 222.

17) l. c. pag. 219 ctr. *ROGGE* über das Gerichtswe-
sen der Germanen. Halle 1820 p. 88.

18) L. c. L. XXVIII, cc. 28—33.

19) Cfr. (*ADELUNG*) *Glossarium Manuale ad Scripto-
res Mediae Latinitatis, ex Magnis Glossariis CAR. DU
FRESNE*, Domini *DU CANGE*, et *CARPENTA-
RII* in compendium redactum, Halæ, sub vv. *Defectus
Justitiae* (5.) Tom. III. p. 45.; et *Tanganare*, *Tan-
ganum* Tom. VI. p. 477.

pellare ipsis liceret *de male administrata justitia* 20), cui sententiae accessit, praeter alios, *RENAZZIUS* 21). — *ROGGIUS* 22) iterum veram appellationem, eamque cum effectu devolutivo ad ipsum Deum, antiquitus viguisse probare conatur; sed ita calculos suos subducit, ut rei ceteroquin perobscurae addidisse potius quam abstulisse tenebras videatur. *C. F. EICHHORNIUS* 23) appellationes Germanis ignotas fuisse putat, donec *CAROLUS MAGNUS* eas introduxit: habetque suae opinionis participem *BERCKIUM* 24). Sed ab his fere omnibus incredibile dictu quantum discesserit antea nobis laudatus *MEYER* 25), qui demonstrare conatur, recentioris multo aetatis hoc esse juris institutum. Quod ut evincat, statuit appellationes non oriri potuisse in eo rerum statu, ubi populus vel ipse totus, vel per delegatos, ju-

20) Cfr. *Gloss. Man. v. Blasphemare Judicium*, T. I. p. 711 et *Falsare Judicium* T. III. p. 467. Id vero in Germania appellabatur sequentibus temporibus *ein Urtheilschelten*; comparetque in Jure Gotlandorum Municipali: *Wil we en ördel beschelden*, GottlStL. V, I.

21) *Diatrībe de Judiciis Criminalibus*, Rom. 1821. p. 41.

22) I. c. p. 89.

23) *Deutsche d. Stats und Rechtsgeschichte* 2:e Aufl. Göttingen. 1818. 1:r Th. §§ 80 et 164. pp. 225 et 366.

24) *Deutsche Westphälischen Femgerichte*. Bremer. 1814 1:e Abth. p. 51.

25) L. c. T. I. p. 452. T. II. (*France avant la Révolution*) p. 91. T. IV. (*Pays-Bas*) p. 190.

risdictionem exerceret; nullamque ideo in Legibus barbaricis occurere vestigium adpellationis: probe esse distinguendum inter poenam judici, vel justitiam renuenti, vel male administranti inflictam, et inter reformationem sententiae, a judice latae, in qua reformatione adpellationum inest vera notio. Illam esse posse absque hac: Legesque antiquiores loqui tantum de poena judici malo irroganda, non vero de correctione sententiae, quae scilicet firma maneret et immota.

Nos haudquaquam ii sumus, qui tantas lites componere valeamus; sed ut tamen, quid hac de re sentiamus, aperte et modeste expromamus, opinio nobis jam dudum insedit, controversiam istam, vi et potestate quaestionis rite constituta, totam posse sedari. Primo quod ad *EICHHORNIUM* adtinet, clarescere nobis videtur, varia ab eo excitata exempla de vera adpellatione nullo pacto intelligi posse, utpote quae non agunt de sententia quadam jam lata reformanda, sed de eo tantum crimine, ubi Judex totus officio suo deest, jusque recusat dicere, vel ut ipsis utar Legis verbis, *justicias facere noluerit* 26). Querela ista, pervagata nomine *adpellationis de denegata justitia*, a vera adpel-

26) *Ludov. Pii. Cap. a. 829. Cap. 14. Populo dicatur ut caveat de atiis caussis se ad nos reclamare, nisi de quibus aut Missi nostri aut comites eis justicias facere noluerint.* v. *Capitularia Regum Francorum ed. Steph. Baluzius. Venet. 1772. col. 452.*

latione haud parum dissidet, quamquam negari nequeat, aditum ab ea ad hanc fuisse facilem. Opinionem tamen *MEYERI* accedere non possumus. Si scilicet eorum temporum rationem reputemus, quibus vel judicia erant ex ipso populi sinu quasi greminoque enata, vel jurisdictione illa, quae Regibus competit, non erat supereminens, sed parallela cum ea, quae a populo exercebatur, dandum erit et concedendum, aut nullam, aut certe non aliam, quam a judicio extraordinario (gebotenen Ding, Afkiänno Ting) ad ordinarium (Echtes Ding, Lagtima Ting), facile exoriri potuisse provocationem; quare et *MEYER*, conditionem istam rerum si resperxeris, acu rem tetigisse erit censendus. Ast vero cum temporum inclinatione Imperantium potestas cresceret, adeoque, vi et auctoritate constitutionum democraticarum imminuta, Jurisdictione e campo in curiam migraret, non potuit fieri, quin ordo et nexus judiciorum hierarchicus sensim enasceretur et invalesceret. Hanc vero, quam paucis indicavimus, rerum conversionem jam antea factam fuisse, quam Leges sic dictæ Barbaricæ conderentur, eo magis mihi videtur indubium, quo certius constet, annualium consentiente fide, Reges electionem Comitum a populo jam sibi vindicasse 27). Inde vero prono fluit alveo, quod, cum quis sententia a Comite pronuntiata læsum se crederet, et Regis,

27) RÖSSIG *Die Alterthümer d. Deutschen* 2:e Aufl.
Leipz. 1801. p. 271. cfr. SAVIGNY l.c. 1:r B. p. 223.

e quo emanaverat jurisdictionis auxilium imploraret, Rexque Comitem male judicasse declarasset, quod, inquam, sententia ista impugnata eo ipso rescindetur et irrita evaderet. Hæc res adeo clara mihi esse videtur, ut in dubitationem adduci non debuisset, etiamsi, ut perhibet MEYER, Leges de reformatione sententiae plane silerent. Sed neque hæc MEYERI recto stat fabula talo. Si scilicet vel omittam verba Legis Alemannicæ: *Si autem per cupiditatem, aut per invidiam alicujus, aut per timorem contra leges judicaverit, cognoscatur se deliquisse et XII. sol. fit culpabilis, cui injuste judicavit, et illud damnum quod passus est injuste, ille judex restituat ei* 28), utpote quæ ad refutandam MEYERI opinionem non præcise faciant, ad tenuissimos quoque scrupulos evellendos Lex Bavaria mihi omnino valere videtur. Hac scilicet lege sancitur: *si (judex) nec per gratiam, nec per cupiditatem, sed per errorem injuste judicaverit, judicium ipsius, in quo errasse cognoscitur, non habeat firmitatem* 29); quæ verba adeo sunt plana et expedita, ut de eorum sensu ambigi non possit. — Porro contendit MEYERUS 30), ne nomen quidem *adpellationis* alia si-

28) *Lex Alamannorum* tit. apud CANCIANI Barbarorum Leges Antiquæ II.

29) *Lex Bajuvariorum* tit. II. c. XIX. CANCIANI II. 566. Cfr. L. WisiGoth. L. II. tit. 1, 20. CANC. IV. 71.

30) L. c. T. I. p. 460. Non fere aliam nisi *in jus vocationis* vocabuli *Appeal* Leges Anglorum vel hodie agnoscunt sig-

gnificatione, quam simplicis *in jus vocationis* in legibus gentium barbararum occurtere; sed id me quidem judice minus recte. Celebris nimirum ille *THEODORICUS*, Ostrogothorum Rex, qui, utpote in Aula Constantinopolitana eductus 31), ingentem rerum legumque Romanarum imbiberauit amorem, quique memorabili suo Edicto id intendit, ut Gothi sui institutis Romanis adsuescerent, adpellationes non minus nomine, quam re, vere Romanas, introduxit. Ad quam rem probandam sequentia attulisse sufficiat: *Omnis appellationes suscipiant ii provinciarum judices, a quibus provocari potest: quando optimae conscientiae conveniat etiam superfluam appellationem sine dubitatione suscipere, dum de appellationis merito sacer possit perpensis legibus cognitor judicare etc.* 32). Et Capitular. libro 7:o 181. edicitur: *homicidæ, adulteri, vene-*

nificationem, cfr. *Gloss. Man.* v. *Appellum* T.I. p. 303.—

In Gallia quoque *Appel* denotat vocationem ad duellum (utmaning); et istam hujus vocis vim in Suecia etiam esse receptam, patet e *Duells Pl.* 22 Aug. 1682, cuius in § 2. loquitur Legislator: *både sjelfve Duellisterne som Sescunderne och dem som appellen frambrurit hafva.*

31) *Gibbon History of the Decline and Fall of the Roman Empire.* Lond. 1802. Vol. VII. Cap. 59. p. 2.

32) *Edictum Theodorici Regis Fit.* 55. ap. *CANCIANI* I. 8. cfr. *SARTORIUS Versuch über die Regierung der Ostgoten während ihrer Herrschaft in Italien.* Hamb. 1811. p. 104. Quam resertum sit hoc Edictum placitis juris Romani luculentur demonstravit *SAVIGNY* l. c. B. II. p. 164.

fici, malefici convicti, si appellare volunt, non audiantur 33); de quorum verborum genuino sensu eo minus dubitare possumus, quo evidentius sit, ea ex fonte Romano profluxisse. Sanciverunt nimirum Impp. *CONSTANTIUS* et *CONSTANS*: *observare curabis*, ne quis homicidarum, veneficorum, maleficorum, adulterorum, itemque eorum, qui manifestam violentiam commiserunt, argumentis convictus, testibus superatus, voce etiam propria vitium scelusque confessus, auditatur appellans 34). Neque hoc loco silentio prætereunda sunt *Wisigothorum* placita: *Qui suspectum judicem habere se dixerit, si contra eumdem deinceps fuerit querulatus, completis prius, quæ per judicem statuta sunt, sciatis sibi apud audientiam principis adpellare judicem esse permisum* 35 a).

Ex iis quæ sic disseruimus, perspicuum esse arbitramur, adpellationes antiquioribus Germanis non fuisse prorsus ignotas. Ut vero perraræ essent, istorum temporum ratio effecit. Scilicet præter ea quæ jam in antecedentibus monuimus, alia, eaque maximi momenti, superest caussa, cur adpellationes apud eos rarius adhicerentur: *Ordalio-*

33) *Baluz.* I. col. 710.

34) l. 2. pr. C. quorum app. non recip. (VII. 65).

35 a) *Lex Wisigothorum* Lib. II. Tit. 1. § 23 ap. *CANC.*

IV. 72.

rum scilicet usus. Difficultatibus ambagibusque in definiendo numero, pondere, fide probationum judicialium posthabitum; in his ordaliis invenisse sibi persuadebant Germani efficacissimum æque accessillimum veritatis investigandæ remedium: quod, ut erant animi eorum rudes quidem, at vivo religionis sensu imbuti, non potuit non hujus ævi hominibus mirum in modum arridere. Re autem sic comparata, absurdum, quin imo ex eorum mente impium fuisset de adpellatione quaerere; quae enim sententia superior justiorve excogitari potuissest, quam Dei ipsius, qui *Judex rei apparuerat?* 35 b).

§. 2.

His per transennam quasi spectatis, in origine et incrementis adpellationum apud antiquos Scandinavos inquirendis et exponendis versabitur jam nostra opera. Eadem ra-

35b) Enatum tamen est ex ipsis Ordaliis peculiare quoddam adpellationis genus. Scilicet e *Joelis*, III. 2. rudes nostri majores repetebant notabilem illam *provocationem ad Vallem Josaphat*, medio aevo celebratam. De qua multi scripsere, inter quos nominasse sufficiat: *Adamum Cortreijum*, Auctorem tractationis *de Extrema Provocatione ad Constantissimum et Innocentissimum Tribunal Jesu Christi in causis civilibus atque criminalibus*. Ed. VI. Jur. 1742. Sed pertinet hoc ad forum poli, non vero forum soli.

tiones, quae effecere, ut provocationes apud antiquissimos et antiquiores Germanos essent vel inusitatae vel perrarae, non potuere non similem vim in res majorum nostrorum exserere. Domestica jurisdictio late patens: popularis preeprimis judiciorum forma: moderamen arbitrorum gratum accepturnque: procuratores invisi, rari 36): bella sae-

-
- 36) Non desunt in Historia Legibusque nostris indicia; unde colligi potest, Advocatorum sedulitatem majoribus nostris non perplacuisse. Sic omnia jura provincialia, excepto Ostrogothico, ni fallor, ignorant Procuratores. Neque hoc Jus eos adimitit, nisi sub certis conditionibus: ÖGL RäfB. XIV. cfr. STJERNHÖÖK l. c. p. 72. Ex Rätteg. Process 1615 facile suspicari possis, Causidicos in Codice CHRISTOPHORIANO non memorari. Dicitur nempe in Art. XV.: *Om Parternes Fullmägtige.* Åndock man icke finner något der om i Sveriges Lagh, hafver och sällan häruthi Rijket varit tillåtit, at man hafver brukat Advocater och Procuratorer, uthan hvar och en hafver framstält sin Saak för Rätta thet bästa han hafver kunnat; likväl etc. Cfr. tamen LL. JB. XV. et EdsöB. XXXIII. StL. JB. IX. et UpL. JB. IV. 5. praeципue vero K. ERICS Påbud om Räfstating 1415 § 9. in HAD-DORPH. App. ad LL. Birc. — Posterioribus quoque temporibus nonnumquam quaestio est mota de opera Advocatorum in judiciis inferioribus circumscribenda. Quod ut clarius innotescat, sequentia exscribere juvat: *Til thet 7:de skola alla i gemeen, såsom hvar och een i synnerhet, thertill förmante vara, som någhorlunda kan och lågenheet hafver, at sjelff uthi eghen Person dragha sin Kåromåhl och Saker för Rätta, i*

pe privata: *järnbyrd* unica fere verum exquirendi ratio. Quod etiam monumentis rerum coævis satis superque declaratur. Apud *Islandos* veteres adpellationes in usu non fuisse, adest testis, omni exceptione major, *ARNESEN* 37). Formam judiciorum in Svecia porro investigantibus videtur *RÅLAMB* 38) jam protoplastis fere adpellationes adscribere; *LUNDIUS* 39) eas apud Getas viguisse perhibet. Sed his accuratius examinandis et refutandis supersedeamus. *BURMANNUS* 40) omnia remedia juris ad ipsum Odinum auctorem referenda esse statuit; ast ego non credulus illi: adversatur nempe ejus opinioni non modo ipsa

så motto skonandes sina eghna medel som thertil upgåå, och förekommandes hoos Domaren al fåfäng, onyttigh och aldeles skadeligh vidlyftigheet, then största deelen af Procuratorer och Fullmechtighe mehra i betrachtande aff theras större Löön och Eegennyttigheet, än egentelige Sakzens tarff sökia och upspinna: *Ordning för Proc. vid Rådet i St:h.* 12 Juli 1654. Cfr. K:g. Br. 5 Oct. 1756 och K:g. Åbo HofR. Univ. 28 Juli 1757.

37) *Hist. Inledning til den gamle og nye Islandske Raettergang*, Kiöb. 1762. p. 602. passim.

38) *Observationes Juris Practicæ*. S:holm 1679 B. II. C. VII. p. 129.

39) *Zamolxis Primus Getarum Legislator*. Ups. 1687. pag. 170.

40) *Critisk Afh. om Prov. Lagarnas ålder*. K:g. Witt. Hist. o. Ant. Acad. Handl. VI. 206.

rei ratio, a nobis antea jam indicata, sed antiqua etiam Historia Svecana, in qua, ut opinor, nec vola nec vestigium hujusmodi adpellationis exstat. Placet nobis magis *STJERNHÓÓKII* sententia, a qua tamen nonnihil dissidemus: *Judicia veterum*, inquit Vir Consultissimus, *ut alia omnia, penitus simplicia fuerunt, ignorata omni provocatione, et pluribus, quae ad eam necessario instituendæ fuerunt.* Instantiis 41). Miscuit sic adpellationes et instantias, res olim dissociabiles. Negari quidem nequit, diversa apud majores nostros jam exstitisse judicia, sed hinc temere putaveris, talem relationem s. necessitudinem, qualis nunc superiores inter et inferiores intercedit instantias, jam tunc viguisse. Erant pro varietate caussarum, plus minusve gravium et publicarum, varia quoque instituta fora, fere coordinata, quorum tamen fines terminique haudquaquam distin-
cte ita erant constituti, ut eos numquam excedere licuisset. *Concurrens*, ut dici solet, erat jurisdictio, ita ut Judice pro tribunali sedente, aliæ etiam caussæ, quam quæ ad ejus competentiam regulatim pertinerent, pro re nata disceptari possent, si partium commodum id postularet, vel res moram non pati posse videretur. Eam in toto orbe septentrionali antiquitus fuisse judiciorum rationem, Legum Historiarumque fragmina abundanter ostendunt. *Islandorum* jura optionem fori

incolcarunt, notante *ARNESEN* 42), cuius verba, ut ad rem nostram apprime facientia, subtexere haud pigebit: Idem fere apud *Danos* invaluisse, *Leges Scanicæ* non uno loco evincunt 43). Neque desunt argumenta, quæ commonstrent, eandem quoque antiquis *Svecis* placuisse Philosophiam. Quod ut eo clarius adpareat, silvam exemplorum conge-

42) L. c. p. 125. Man kand sige, at de fleeste, ja næsten alle Sager i Ulfliots Lov, straxt efterat Landstinget var bleven insdtiftet, havde deres privilegerede Værneting, saavidt Folk i de Tidet havde Friehed til at indstøvne alle betydelige Sager, nu til Hiemtingene, nu til Landstinget, liigesom de tænkte det var dem meest fordelagtigt. Graae-gasen tilstøder og udtrykkelig, at støvne alle Sager, hvad enten man vilde til Foraars-Tingene eller Landstinget, og naar 2 havde den samme Sag at fore, da blev den anseet som retmæssig Sagso-
ger, der vilde instøvne liige til Landstinget.

43) SKL. IV. 1, 3, 6, 9. Notabile vero est, Paraphrasin ANDR. SUNONIS (*Leges Provinciales Terræ Scanicæ a Waldem. I. A. 1163 sancitæ; Latine redditæ insert.* WESTPHAL. Monn. Rer. Germanic. T. IV. coll. 2029) ad loca allata de tali concurrentia judiciorum nil continere; quæ res, inter alias, probare videtur suspicionem GRIMMII, ANDREAM SUNONIS in vertenda lege Scanica ante oculos habuisse antiquorem jam deperditum codicem, nullo niti fundamento: vide *Literatur d. altnord.-Gesetze* p. 89, in *Zeitschr. f. geschichtl. Rechtswiss.* herausg. v. SAVIGNY, EICHHORN u. GÖSCHEN. B. III. Heft. I. Berl. 1816.

rere libet. *Will man läghersbot utsöksia, tha skal han til Häratzthing farä eller Lanzthing* 44). *Will eigh Bonde laghböta, tha skal Huspreo takä ok a bar binda, til Things förä, firi Allar Götä eller Härad* 45). *Wil mather äller konä arftaknä otholsjorth sinä säljä, othol vatn äller othol vatnvärk, the ok arftakin äro, tha skal thän säljä vil arfvum sinum laghbyutha a Lansthingi härath äller fyärtunx* 46). Eadem libera judicii electione usos quoque fuisse OSTROGOTHOS, in eorum Lega loca bene multa declarant. *Tha ma han til thingx fara ok dom Konungx taka ällä Laghmanns* 47). Ta skulu fränder theras til thinx fara ok kiära firi Kununge älla Laghmanne 48). *Wil man giwa sino frillubarne naquet, Tha a han fara til lionga thinx ällä firi Kunung — — —, ok holda ther fäst at fire Kunung ällä Laghmanne* 49). *Tha skal Kununger ällä Laghman nämna til män af häradhena* 50). *Tha ägher Kununger ällä*

44) *WGL.* TmB. XIII. *Codex Juris WestroGoth.* ed. *BRING.* 64.

45) *WGL.* TjB. IX. 1.

46) *Cod. J. VG.* ed. *BRING.* p. 36. *Haec dispositio de-sideratur in editione Stjernhjelmiana.*

47) *ÖGL.* GB. VIII. pr.

48) *ÖGL.* GB. XIX. 1.

49) *ÖGL.* ÅB. VI. pr.

50) *ÖGL.* BB. VIII. 3.

Laghman thöm döma 51); Denique excitemus locum rem nostram egregie illustrantem: Thessa mal aghu a Fiärdunx nämnd slitas. All thrämärkes mal laghstämd och lagh kalladh til, än tha äru egh jorda delur ok egh är lionga thing förstamt. Tha an thet ar förstamt, tha kumber thet egh til fiardunx näm d. 52). E Lege quoque Uplandica subjungere placet statutum ad materiam præsentem dilucidandam faciens: Alt thet mander kiöpir jord aff andrum, Tha skulu fastar giwas a hundaris thingi, äller a Fulklands thingi, at kirkiu fore soknamanum, äller at afkiännu thingi 53). Neque hanc concurrentiam judiciorum Jus Christophorianum penitus sustulisse pro explorato habemus. Åro ey Thing inne, skiäre tha Laghman eller Häradshöfdinge Budkafle up, och stäme almänt Thing samman. — Döme tha Laghman eller Häradshöfdinge them 54). Och ägher Laghman uppa alla sina dooma Breef giwa a Swensko, hvat heller wädhiat warder under han eller ey 55). Kan köpe fore Laghmanne göras, Tha skal Laghmader sit bref a giwa 56). Kyäre sik a förstæ thinge Laanz-hundaris

51) ÖGL. RäfsB. IV. 1.

52) ÖGL. RäfsB. III. pr.

53) UplL. JB. IV. 1. cfr. IX. 1.

54) LL. KB. XXVI. 1. cfr. 2.

55) LL. TmB. XI. 1.

56) LL. JB. XL

eller *Fyærthungs*, — — eller innan næste sycæx vikum, for os syælwum eller for thöm vara dom hawa 57). Quæ legis dispositio est verbo tenus ex Edicto R. *MAGNI* dat. Ups. 1544 repetita 58).

Ex his, quæ sic disputata sunt, sequi existimamus, probe esse distinguendum inter pluralitatem judiciorum ab una parte, et ab altera seriem istam et per gradus dispositum ordinem Instantiarum, qui solus id efficere potest, ut ab una parte vera eminentia, ab altera subjectio adsit: in qua re substantia ipsa adpellationum residere nobis videtur.

§. 3.

Non comitiis judicat semper populus sed movetur plerumque gratia; cedit precibus; facit eos, a quibus est maxime ambitus; denique, si judicat, non delectu aliquo, aut sapientia ducitur ad judicandum, sed impetu nonnumquam, et quadam etiam temeritate. Non est enim consilium in vulgo, non ratio, non discrimin, non diligentia 59); cumque nulla dominatione demo-

57) LL. KB. XXXVI. pr.

58) HADORPH. App. ad. LL. Birc. p. 17. Neque jus, quo nunc vivitur, foras optionis prorsus ignorat; ex gr. R. B. X. 4. 5. 6. 8. Kgl. Res. Allm. Besv. 21 Jan. 1748. § 1.

59) CICERO Or. pro Cn. Plancio. IV.

eratica capitalior Reipublicæ pestis existat: non possumus quin felici rerum conversione id factum esse contendamus, quod apud plerasque jam Europæ Nationes democraticæ in civitate regenda formæ vel penitus sint abolitæ, vel arctis saltem circumscriptæ cancellis. Ea vero laus et gloria Hierarchiae medii aevi derogari nequit, quod et ab una parte in id omni animi impetu incumberet, ut, quantum per tristitiam et miseriam temporum fieri posset, ingravescenti Aristocratiae obices ponnerentur, et ab altera prospiceret, ut *illa concionalis hirudo aerarii, misera ac jejuna plebecula* ⁶⁰), quæ civitati juxta ac sibi male consulere solet, ab administratione rerum publicarum removeretur. Et, si tandem rite aestimemus atque judicemus, aequabile illud temperamentum, quae una res est ad bene beateque vivendum necessaria, inveniri nullo alio pacto posse, quam ut Reges, qui sunt divinitus dati ad populos pietate et justitia continendos, idonea valeant potestate et auctoritate, nescio an id Hierarchiae præprimis debeamus? Sed operosam istam disquisitionem non patiuntur fines nostri libelli. Id solum paucis monere attinet, quod, consentiente omnium fere aequalium judicum et Scriptorum auctoritate, omnis nostra res judiciaria fructus perceperit laetos et uberes ex prisca illa, multis quamvis nimis invisa, Hierarchia, cuius ope consiliisque in primis fa-

⁶⁰) CICERO Ep. ad Attic I. 16. Ed. Bip. VIII. 105.

ctum est, ut certis stabilibusque nunc nobis uti licet atjurium formis⁶²⁾). Postquam scilicet *IRNERIUS*,

62) De Hierarchiæ vi in commutandam judiciorum faciem, salubribusque effectibus in omnem Europam inde profectis, digna sunt, quae attente reputentur, apud ROBERTSON Hist. of the Reign of the Emp. Charles V. Bas. 1793. Vol. I p. 69. RÜHS Gesch. d. Mittelalters, Berl. 1816. p. 583. HALLAM Darstell. d. Zustandes von Europa im Mittelalter; übers. v. HALLEM Leipz. 1820. II, 80. PLANCK Gesch. d. christl. Kirchl. Gesellschafts-Verfassung I, 308; II, 254, 288, 519; III, 558, V. 249. EICHHORN Gesch. d. Cult. und Liter. d. neu. Europa I, 547, 562, 462. Ne vero hoc gratis dixisse videamus, juvat sequentem locum EICHHORNI exscribere: Um dieselbe Zeit erkannte man das Unschickliche in dem Prozessgang bey den Layen, das Trügliche und Ungereimte der Ordalien und gerichtlichen Zweykämpfe, das Ungerechte und Gewaltsame, das öfters in der blos summarischen Verfahren lag, das Willkürliche in den meisten Rechtsprüchen der Layen-Gerichte. Hingegen bey der Geistlichkeit und von den bischöflichen Gerichten waren schicklichkere Formalitäten üblich, ein ruhigerer Gang der Untersuchung, ein umständliches Verhör der Zeugen, ein bedächtiges Vergteichen ihrer Aussagen, der Gebräuch mehrerer Rechtshilfen die aus dem römischen Recht in das canonische gekommen waren, eine grössere Billigkeit und Gleichheit; kein anderes Recht für den freyen Mann und den Leibeigenen wie bey den Layengerichten, vor denen der Leibeigene in vielen Fällen gar kein Recht erhalten konnte: mehrere einander subordinirte Ge-

lucerna illa jurisprudentiae, in numero discipulorum, ex omnibus fere Europae regionibus confluentium, cinctus choro, Bononiæ jus profiteretur, ejusque fama late per omnem Europam pervaderet, studium Juris Romani reviviscere coepit. Crescente sensim potentia Paparum, coepit et usus juris Romani latius atque latius serpere, cum scilicet Papæ, quorum haud pauci et ipsi Juris civilis inclarerunt peritia, (ut ex. gr. ALEXANDER III qui Bononiæ jurisprudentiam erat professus ante quam in sedem papalem evehetur⁶³), multa Juris instituta

richtshöfe, welchen Appellationen von den niederen an die höheren und Verbesserung der rechtlichen Ausprüche möglich machten, da hingegen bey den Judiciis parium der Layen keine zweyte Instanz statt hatte, in dem der weltliche Baron seinen Ausspruch gegen jeden, der seine Gerechtigkeit bezweifeln wollte, mit dem Schwerdt vertheidigte. Die ganze Prozessordnung, welche bey den Geistlichen gewöhnlich war, wurde in den bischöflichen Gerichten, auch bey den Layenprozessen beobachtet: und dem unbefangenen Menschenverstande leuchtete es ein, dass die bischöflichen Gerichte einen grossen Vorzug vor den Layengerichten hätten, und man zog sie in den Zeiten, da die theologischen Gründe für die Gerichtsbarkeit der Geistlichen kein Gewicht mehr hatten, ihrer schicklichen Einrichtung wegen den Layengerichten vor.

63) C. ZIEGLERUS Diss. de Origine et Incrementis Juris Canonici, in J. P. LANCELOTTII Instit. Juris Canon. c. not. Var. Halæ 1717. p 50,

e Legibus Romanis in *Jus Canonicum* adoptarent. Sic rectior ordo aliaque melior forma judicialis e Jure Canonico in secularia invehī judicia paullatim coepit. Sic in alieno foro litigabat hinc populus illic dominus Feudalis; quo factum est, ut dilataretur Magistratum Regiorum jurisdictio et auctoritas, vitaque et vigor pristinus Jurisprudentiae redderentur. Leges scriptae: ordalia abrogata: tenor probationum præscriptus: neccessitudo et concatenatio judiciorum, a rege plus minus pendentium: *Adpellationum* denique usus: en primas lineas per brevis, at veræ, præsentis argumenti historiæ.

§. 4.

In Svecia quoque *Jus Canonicum* et *Civile* insignem omnino vim in mutandis et efformandis majorum nostrorum legibus habuerunt; quippe in legibus Patriæ priscis condendis et scribendis Clericorum opera atque adjumenta haud raro adhibita (64); eorumque industria in negotiis administrandis civilibus eo magis necessaria omnibus visa, quo certius constet, Laicos plurimos non modo ignorasse scribendi artem, sed etiam non calluisse Linguam Latinam, qua Litteras s. sententias Judiciales, ut cetera diplomata iis temporibus conscri-

64) Sie ex. gr. inter Condитores Juris Uplandici enumera-
tur Måstår Andris, Prowäst af Upsalum Uplands-
Stadf. cfr. Föret.

beré moris erat; unde quoque factum est, recte id observante *RABENIO*, ut in Actis medii ævi *Klerk* saepenuero denotet *Scribam* 65). Clericos patronos caussarum etiam aliquando egisse ad fidem est prounum 66). Neque *Jus Romanum* in Svecia prorsus incognitum fuisse, testatur Historia. Sic *FOLKUNGICI Lege Julia de Majestate rebellionis* condemnabantur 67). Et *Juris Civilis* et *Canonici* meminit Rex *BIRGERUS* his verbis: *Fore thässum faldum giors vmskipte badhi i Kirkiu rätt ok Kiäsare lag hum* 68).

Ex iis quae supra disputavimus, facile jam adparet, e quo fonte nos *Adpellationes* repetendas esse arbitremur: e Jure Canonico puta. Et sic revera deprehendimus hoc institutum prius obtinuisse in Judiciis Ecclesiasticis, quam in Legibus secularibus mentio ejus occurrat et *Ad-*

65) *RABENIUS De Antt. WG. Legiferis.* Resp.
Frölich. 65. *IHRE Gloss.* SvG. v. Klerck. *Gloss.*
man. v. *Clerici* (5. 7.) T. III, 475. 474.

66) Cfr. *Litt. Greg. IX. d. VIII. Id. Febr. a. VII.*
(6 Febr. 1234) recens. a *PORTHAN Bull.* p. 28.
N:o 21.

67) *Litt. D. Bened. VIII. Kal. 1282 ap. LAGERBRING*
S. R. H. II. pp. 578 (8). 581 (4). Cfr. *RüHS Gesch.*
Schwed. L. I. 249. (*GRANBERG*) *Skand. Hist. und.*
Konung. af *Folk. Att.* D. I, 65.

68) *UplL. Stadf.*

pellationes in Bullis Papalibus jam circa medium et finem sec. XII ac initium sec. XIII saepe nominantur 69). Sed Lege Gothlandica Provinciali, quae inter antiquissimas merito est referenda 70),

69) Ex. gr. *Bula ALEX. III. 26 Juli (1165? cfr. CELSE Bull. p. 42 N:o 19) ap. ÖRNHIJELM Hist. Eccl. 540.* — *INNOC. III. 16 Nov. 1204 ap. CELSE p. 49, N:o 7.* — *INNOC. III. 17 Nov. 1208 ap. CELSE p. 52, N:o 15.* — *INNOC. III. 15. Cal. Febr. 1216. ap. WILDE II. Su. Pragm. 581.* — *HONOR. III. 1 Febr. 1217 ap. CELSE p. 55 N:o 4.* — *HON. III. 7 Aug. 1219. ap. CELSE p. 56 N:o 6.* — *HON. III. 3 Nov. 1220. ap. PORTH. I. c. p. 11, N:o 15.* — *HON. III. 10 Dec. 1226 ap. PORTH. p. 20, N:o 48.* — *GREGOR. IX. 6 Febr. 1234. ap. PORTH. p. 28, N:o 21.* Quid? quod si *WILDIO S. II. Pr. 425, DALINO S. R. H. II. 548 et LÄGERBR. S. R. H. III. 75, 177.* esset credendum, Rex ipse ad Pápam provocaverit. Sed videtur fuisse non vera adpellatio, sed simplex modo protestatio.

70) Quoniam antiqua Legisteria, ut observat Cons. *CALONIUS* in egregio suo Opere *de Prisco in Patria Servorum Jure* p. 179. not. a, varie interpolata sœpiusque revisa ac emendata sunt, res est operosa, tempus, quo nūcum alterumve eorum compositum sit, in-dagare. Sed quamquam ita sit, eo minus *BURMANO*, I. c. p. 229. accedere dubitamus, qui *Legem Gothlandicam provincialem* vetustam valde esse existimat (etiamsi argumenta, quibus nūtitur hæc ejus sententia, omnia probare non possumus), quod Cons. *CALONIUS* ipse etiam hanc legem inter antiquissimas annumerat, cfr. Diss. c. p. 16. — Inter eos, qui scri-

*adpellatum ne quidem indicium adest. Neque mirum; nam constat, Jus Canonicum in Svecia non admodum altas egisse radices, prius quam in memorabili concilio, *Skeningiæ* a:o 1248 habito, auctore *WILHELMO SABINENSI*, praeципiebatur Archiepiscopo *Upsaliensi* et *Suffraganeis omnibus* in virtute obedientiæ, ut *infra annum habeant et possideant*, dum vixerint, jure proprie-*

psere de aetate Legum provincialium, justa censura notandus est *AUCTOR ANONYMUS Tractatus*, cui titulus *Kort Öfversigt af Lagkunskapens Litterärhistoria i det nyare Europa*, et legiur in *Juridisk och Ekonomisk Läsning*, 1:sta H. Ups. 1815. p. 12. Quae sc. de his Legibus profert portentosa omnino sunt. Sic dicit ex. gr. *Legem Uplandicam esse harum recentissimam*, licet in trivio sit notum, hauc compositam esse a:o 1295, *Legem vero Sudermannicam a:o demum 1527*. Porro *Jus Dalicum antiquissimum esse perhibet*, quamquam Rex *BIRGERUS* in hac lege memoretur *Dall. TmB. 29*; Inter Antiquas *Leges* excitat *R. MAGNI GårdsRätt* af år 1285, edicium quod nunquam exstitit; denique enumerat inter has *Leges etiam Landslagen af K. MAGNUS BIRGERSON*, sed *Jus Christophorianum* prorsus ignorat. *Pretiosissimum* tamen hujus Anctoris diligentiae et eruditionis specimen in notula legitur, ubi dicit: *Sju af dessa utgåfvos af den store Stjernhjelm, under titel af Swerikes Rikes Lagböker, Stockh. 1686. fol.* Ad quem locum observandum est: 1:o hae leges sunt 8, non vero 7; 2:o *Stjernhjelm* unicam modo Legem, Westrogothicam sc., edidit; 3:o *Stjernhjelm* jam a:o 1672 mortuus est.

tatis librum Decretalium, secundum ultimam compilationem, quæ facta fuit tempore venerabilis bonæ memoriae Gregorii Papæ noni, ut studeant in eo, secundum quod eis Dominus gratiam ministrabit 71). Qua dispositione factum, ut studium Juris Canonici lætius laetiusque in Svecia effloresceret, et, successu temporis, placita ejus in foro quoque secularia paullatim sese insinuarent.

§. 5.

In iis, quae sic qualiterumque congettus, nobis consentientem habemus etiam Consult. *LAGERBRINGIUM*, qui adpellationes e Jure Romano et Canonico profectas esse suspicatur 72). Ast vero argumentum, quod ad opinionem suam fulcierendam affert, non ab omni parte inexpugnabile nobis videtur. Dicit scilicet, et qui ei adstipulatur, *TIDGRÉN* 73), in *Lege Westrogothica* nullum adpellationis indicium apparere. Verum quidem

71) Statuta Schenningiensia, quorum latissime per omne Historiam Svecanam patet usus, edita sunt, ut ceteros taceam, a (TROIL) *Skrift. och Händl. til Upl. i Sv. Kyrko och Reform. Hist.* II. 507. cfr. ESTRUP *Idea Hierarchiae Romanae, qualis Sec. XII. in Scandina via praesertim extiterit, gestis legationibusque Guillelmi Sabini illustrata.* 1817. p. 127.

72) *S. R. II. D. I.*, 587. cfr. II, 711.

73) *Westergöthlands Hist. och Beskr.* Stockh. 1787. D. I, p. 57.

est, in *Titulo de Judiciis* (TmB), ubi de remediiis Juris commodissime statuere posset Legislator, frustra quaeri adpellationis mentionem; sed tamen omni de hoc instituto constitutione non caret laudatum Jus. Leguntur scilicet in Tit. de Ecclesiis haec verba: *Sigher Madher sik eig rätlika fäldan wära fore Biscupi sak, hawri Dagh til första Landzthing. Wil han kalla sik vndir högra Domara, hawi ther til Manade Dagh; Hawir han eigh tha ordelt sik, tha ma Biscuper forbuda* 74). Sed fateamur, oportet, hoc statutum adpellationis esse nonnisi scintillulam. Vergente autem ad occasum seculo XIII, exstantiora hujus rei vestigia occurrunt. Scilicet, ni valde fallimur, in statuti hujus, ad foras secularia adcommmodati, primam et expressam mentionem inveneris in Litteris Regis *MAGNI de leuandis Ölandorum oneribus dat. 4 kal. Jan. 1281* 75); ubi, inter alia, haec leguntur: *Eorum sententiis stare præcipimus omnes in omnibus causis secularibus, nisi sub alicujus certœ summæ periculo, de qua partes convene-*

74) *WGL. KyrkB. XVI.* 4. cfr. *BB. VI.* 4. X. 3. XII. e.
Kalla *sik* esse traductum e prima et originaria significazione vocabuli: *adpellare*, manifestum est. Ceterum haec legis provisio docere videtur, Hierarchiam ad summum culmen turn quidem adhuc non fuisse evectam.

75) Leguntur in *Act. Sv. 1721.* p. 222 et in (*ÄSTRAND*) *Beskrifn. öfver Öland, Ups.* 1768. p. 219, libro, ab Editore ejus, S. L. GAHM, insertae Prostant quoque, sed truncatae, ap. *LAGERBR. S. R. H.* II. 612.

runt, danda ab eo qui succubuerit, litigantes causam a Proloquitoribus 76) ad Legiferum, a Le-

76) Vocabulum *Prolocutor* deprehenditur in multis me-
dii aevi documentis, videsis ex gr. GIÖRWELL *Thes.*
SveoG. T. I. F. I. Holm. 1759. p. 59. *Act. Litt. Sv.* I.
556, 558., O. Rabenius de *Antt. WG.* *Legiferis, Syl-*
loge Monn. N:o VI. p. IX. Sed potestas genuina hujus
vocabuli adhuc non est explicata. *DU CANGE* vertit
per: *Advocatus, Caussidicus*, vide *Gl. Man.* v. *Prolo-*
qui T. V, p. 478.; sed significatio ista in res Svecanas
non cadere videtur. — *RABENIUS* in *Diss. prox. c.*
p. 54. putat, potestatem tribunitiam hac adpellatione
indicari; et exstissee ideo et *Prolocutores Provinciales*,
s. *Lagmannos*, et *Prolocutores Territoriales*, s. *Ju-*
dices Territoriales (*Häradshöfdingar*). Ad *Prolocutores*
Provinciae quod attinet, facile intelligitur, *Virum Con-*
sult. respexisse ad dipl. N:o VI. et verba ibi occurrentia:
G. Wesgothorum Legifer et Prolocutor de Provincia
Kakyn; ast vero in errorem sic est inductus. Nam
Provincia in documentis antiquis non semper significat
Lagsaga, sed aliquando *Territorium, Härad*; ut ex.
gr. in hoc diplomate. Certa equidem res est, *Ka-*
kind non fuisse, neque esse *Lagsaga* (quam ob cau-
sam in rubro diplomatis recte diciur: *Territorium*
Kakind); similiter, in Diplomate, a Rabenio in lucem
protracto, et *GIÖRWELL Thes. Sveog.* inserto, *Sigfri-*
dus vocatur *Prolocutor Provinciae Wartoast*,
quamquam notissimum sit, *Wartofta* non esse nisi *Terri-*
torium. Prolocutorem itoque numquam, significare *Lag-*
mannum (saltem in documento isto de leuandis Ölan-
dorum oneribus *Prolocutor a Legifero* expressis verbis
distinguitur), sed semper reddi debere per *Häads-*

gifero *ibidem ad Legiserum Osgothicum, aut nostram audientiam duxerint deducendam.* Atque deinde in omnibus fere Legibus Provincialibus appellations memorari, neminem fugere potest his in rebus vel mediocriter versatum.

§. 6.

Consideravimus hactenus *Adpellationes*, quoad earum origines. Devolvimur itaque jam, justo rerum observato ordine, ad earum progressiones et incrementa pro modulo virium cognoscenda.

höfding s. Domare nobis est persuasum. Si vero originem hujus adpellationis fusius rimari velis, recurias ad LL. JB. X. ubi de confirmatione permutationis et venditionis fundorum agit Legislator; et inter alia sancit: Här a d z höfdinge skal före skilia och nämna then man sigh jordene afhänder. In his autem verbis *före skilia latet Prolocutoris genuina notio.* Scilicet Judex respectu hujus officii adpellabatur *Forskælaman*, vel latine *Trolocutor.* Ad hanc rem probandam excitare lubet verba quædm e *Litt. Verditionis Emtionis d. 8 Sept. 1330, Regist. Eccl. Aboens.* Fol. 115 inserta, et quae ita sonant: *Joh. Stryk, qui hujus scitationis exstitit proloqvtor, in wlgari Forskeleman nuncupatus.* Neque hic praetermittenda sunt verba, quae in alio diplomate d. 17 Febr. 1555, occurrunt: *cum jure proloqutorio dicto fasta. V. LILJEGREN Fört. öfver en Saml. af Permbref uti H. Exc. Gr. v. ENGESTRÖMS Bibl. Stoch. 1819. N:o 12. p. 8.*

Ast vero ut cramben bis coctam recoquere taedet, operam in eo ponendam esse duximus praecipuam, ut ea solummodo momenta hujus argumenti, quae ab aliis scriptoribus vel prorsus neglecta, vel minus accurate expensa et examinata videantur, attingamus; praemissis nonnullis, de antiquo Judiciorum in Svecia ordine et forma.

Notissimum est, communem omnium fere antiquorum Doctorum fuisse opinionem, quod Judicia, saltem inferiora, non conflata essent pluribus personis, junctis s. mutuis officiis, sed ita instructa, ut probatio facti *Nembdœ*, applicatio vero legis *Præsidi Judicij* incumberet. Est vero haec theoria non ita pridem oppugnata a Celeb. *GEYER* 77)

77) "Den af våra Jurister efter Sjernhoök antagna satsen att Nåmden egentligen blott ransakade och Domaren dömde, är utan grund. *Svea Tidskrift för Vetenskap och Konst.* t. H. *Ups.* p. 190. Observandum vero est, quod, quia sententia de diversis Nemdae et Judicis officiis nititur, ut puto, ipsis legibus, ejus origo, *STJERNHÖÖKIO* non adscribi debeat. Neque *STJERNHÖÖKIUS* is auctor est, apud quem hanc sententiam primo reperimus allatam. Notum equidem est immortale *STJERNHÖÖKII* opus anno 1672 fuisse impressum. Ast vero jam anno 1652 *Consult.* *JOH. GARTZIUS*, in Diss. hic Aboae ventilata, cui titulus: *Exercitat. ad Processum Judiciariam Directa* eandem fere, ac *STJERNHÖÖKIUS* 20 annos p. de Nemdae et Judicis munere, pronuntiat sententiam. Sed erat haec sententia non *STJERNHÖÖKII* tantum, neque *GARTZII*,

et *ANONYMO* quodam 78); ab illo nullis allatis argumentis, ab hoc vero quibusdam, sed iis,

verum omnium hoc aevo Jurisconsultorum. Quod negari nequit, ubi legeris *Processum Iudiciale*m eller *Tingmåla Rätt* som achtas och hållas skall å *Hårad*s och *Laghmans Tingh*, *Reginae jussu consignatum*, ni fallor, circa medium sec. XVII, a *G. STJERNHJELM*, *ERICO OLAI BALINGH*, *JOHAN OLUFFSSON DALEKARL* (*STJERNHÖÖK*) et *DANIEL FIGRELIO*. Et excitasse haud abs re erit sequentia verba: *När nu lagliga och ordenteliga alt föregångit ähr, som wara böör och målt år, då äger Domaren delomännerna afferda, vähl som ock heela meenigheeten om saken är af stort betäkiandhe, eller skal han sielf med Nåmbden gå i nästa kammar, om så är lägenheet til, eller dagen derefter om morgenon förr än meenigheeten intåtes i Tingsstugan, åfråga Nåmbden, om dhe rått hafva antagit och förstådt saken. Sedan shall han dem tideligen framstålla knuten, hvaruthinna heela tråtan består; Och sidst shall han lütha dhem omrösta hvar för sigh, begynnandes på dhen nedersta alt upåth, in til dhen fremsta, och hvar såger hvad honom synes om målet, med hvad hskiäl han kan frija eller fälla: hvilket Domaren skal medh åhyggia tilhöra och betrachta. Nu kan Nåmbd ey såmia hvad 7 af nåmbden godt finna och skialigt vara godt och gilt, dhen och 6 af nåmbdene vårja eller saaklöösan giöra, vare vardt och saaklöös: hvem the ej vårja vare fälder. Sedan skal Håradshöfdinge Lagh finna, och der efter en skrifteligh domb författa, den han til nåmbdens förbättrande skal upp-*

quantum nos saltem perspicere valemus, ita comparatis, ut omnes nodos jam expeditos esse neutriquam censeamus. Omnia illa nunc articulatim et ex professo examinare non est hic nec locus, nec animus; postulat tamen rei, a nobis explicandae, ratio, ut quaedam huc spectantia moneamus. Primo quidem sagacissimos viros fugisse videtur, quanta vis argumenti in eo resideat, quod Praeses Judicij (Häradshöfding) in quibusdam Legibus Provincia libus insigniatur nomine: *Domare*; nulloque umquam alio⁷⁹). Mirum vero, quin immo et absurdum fuisset, si personam, cui nulla judicandi potestas competiisset, *Judicem* tamen appellarent. Hocque jam argumentum satis superque probare videtur, si non omnes, certe tamen primarias jurisdictionis partes ad eum pertinuisse. — Ulterius quod attinet ad *Legem Helsingicam*, ab Anonymo isto excitatam, ea tantum abest ut ad ejus opinionem confirmandam valeat, ut potius, notionibus rerum distincte stabilitis, ad eam labefactandam conferre

*läsa för dhem och sedan i Domboken uppteckna, och
tå således alt är öfverlagt och färdigt, skal Domaren i sitt vahliga domaresäthe, låtha delomännerne komma för Rätten igen, der han i heela omstäende byvahru skal upläsa domen ur boken, hvilken han sedan, dhem som det begärer, för billigt återhåldh, skrifsteligen åger meddela.* C. XVII.

⁷⁸⁾ Ett och annat, om Corporationer, Privilegier, Nåmd i Domstolar etc. etc. Stockh. 1822. 25.

⁷⁹⁾ UplL., SudL., WmL., DalL.

videatur. *Jarnbyrd skulde aldri optare vara, ok toks therfore — — tolf manna nämpd, um thön mal Jarnbyrdä mal waru 80).* Quidnam vero erat *Järnbyrd*, (*Examen ferri*)? Eratne sententia (dom)? Id nemo sanus umquam contendat, nisi Documenta, Confessionem propriam et caetera *Laga bevis i hvarjehanda mål 81)* ad sententiarum genus retulerit. Erat itaque *Järnbyrd* veritatis exquirendæ adminiculum; et sensus allati loci ita debet explicari: *In locum r̄s Järnbyrd subrogabatur aliud probationum genus, Nemda scilicet.* Eodem modo Rex *WALDEMARUS* ordalia sustulit, et alia probationum genera ipsis ut succederent præcepit 82); et, quod sententiæ nostræ confirmandæ egregie inservit, *BIRGERUS JARL* *Järnbyrd* apud Ostrogothos abrogavit, ejusque loco adoptavit *Compurgatores* 83). An vero, quæso, Compurgatores erant Judices habendi? — Applicationem legis totam ad *rōr* Häradshöfding pertinuisse, Nemda penitus exclusa, facile quoque

80) *HelsL. ÅB.* XVI. pr.

81) *RB.* XVII. rubr.

82) *Um Järnbyrdā Förbod.* *SkL.* p. 57 cfr. *P. KOFOD ANCHER saml. jur. Skrifter* D. 2. Kiöb. 1808. p. 802.

83) *ÓGL. EdsöB.* XVII, 1. — Hic in transcursu quasi moneamus, ad quaestionem de Nemda obscurandam haud parum contulisse, quod *STJERNHÖÖKIUS* ceterique falsa usi sint argumentorum dispositione. Pertinet sc. quaestio haec proprie ad *probationes*, sed *STJERNHÖÖKIUS* tractat eam in Capite, quod agit *de Judiciis*.

colligitur ex sequenti Juris *Christophoriani* provisione: *Nu komber Bonde til Things*, och bedhis aff *Häradz höffdingia Lagha Doma*; *Sigher han sigh ey vita Lagh om thet måål*, *Thå må han thet upsättia*, och huxa sigh om *til nästa Tingsdagh*: *Thå ägher Häradzhöfft
inge honom Lagh döma*. — — *Uthan han
for Tinge svär*, — — at han ey *Lagh weet
om thet maal*⁸⁴⁾; quisque videt de Nemda nullam mentionem hac lege esse factam, et *jurisperitiam* a solo Häradshöfding postulari. Quod ut eo clarius adpareat, juvat consulere Jus Municipale: *Nu komber man til Rådstufvu, ok bedis lagha doma aff Fogatanum, Borgmest arum och Rådmannum etc.*⁸⁵⁾: unde perspicitur hic non, ut ruri, a solo Præside Jus quærendum esse, sed a toto Collegio; diversa prorsus nempe erant judicia municipalia a provincialibus, ita scilicet, ut etiam illa constarent pluribus membris, sed quae non, ut ruri, functionibus gauderent diversis. — Insuper quoque crediderim, quod, ut recte etiam *STIERNHOOKIUS*⁸⁶⁾ observavit, ex

84) *LL. TmB. XXV. KOF. ANCHERUS*, saml. jur. *Skrifter*, D. II, 854. testatur simile etiam quid apud *Danos et Norvegos* in usu fuisse. Neque abhorret a fide, hanc ampliationis rationem e placitis Romanorum esse profectam.

85) *StL. RådB. XIII.*

86) L. c. p. 57. — Haud tamen scio, an in eum errorem aliquando inciderit vir Consultissimus, ut inter Nemb-

ipsa adpellationum ratione, officiorum Judicis et Nemdae differentia clare eluceat. Sed de hac re commodius infra disputabitur.

§. 6.

Ut disparia erant Judicis Nembdæque munera, ita etiam adpellationes unius ejusdemque naturae esse non potuerunt; neque erant. Scilicet alia res est *probationem impugnare*, alia improbare *sensitiam ipsam*. — Nemda autem in sui muneric functione nullis erat adstricta determinatis fixisque regulis, sed in conscientia membrorum unicam habuit agendi normam, vel *subjectiva modo* justi et honesti principia, imis animi latentia, Nemdæ erant observanda. Rem ita sese habuisse, colligitur ex ipsa natura hujus instituti, a *FEUERBACHIO* accurate examinata 87); et comprobatur exemplo aliarum gentium, quæ hoc institutum receperunt; inter quas nominasse sufficiat *Anglos* 88) et *Gallos* 89). Ut vero ratio Nemdæ hoc nomine eo penitus perspiciatur, haud abs re erit recitasse locum

dam et Compurgatores non satis curate distinxerit; ex gr. pp. 55, 56. Sed fatendum est, hanc rem maximis tenebris esse offusam.

87) *Betrachtungen über d. Geschworenen Gericht.* Landsh. 1815. 25.

88) *FEUERBACH* I. c. 25.

89) *FEUERBACH* I. c. 125. alibique pass.

e Gallorum Jure novello: Avant de commencer la délibération, le chef de jurés leur fera lecture de l'instruction suivante, qui sera, en outre, affichée en gros caractères dans le lieu le plus apparent de leur chambre:

“La loi ne demande pas compte aux jurés “des moyens par lesquels ils se sont convaincus; “elle ne leur prescrit point de règles desquelles “ils doivent faire particulièrement dépendre la “plénitude et la suffisance d'une preuve: elle “leur prescrit de s'interroger eux-mêmes dans le “silence et le recueillement, et de chercher dans la “sincérité de leur conscience, quelle impression ont “faite sur leur raison les preuves rapportées “contre l'accusé, et les moyens de sa défense. “La loi ne leur dit point: Vous tiendrez “pour vrai tout fait attesté par tel “ou tel nombre de témoins; elle ne leur “dit pas non plus: Vous ne regarderez “pas comme suffisamment établie, “toute preuve qui ne sera pas for- “mée de tel procès-verbal, de telles “pièces, de tant de témoins ou de “tant d'indices; elle ne leur fait que cette “seule question, qui renferme toute la mesure “de leurs devoirs: Avez-vous une inti- “mme conviction?” 90).

§. 7.

Ex iis, quae hucusque attulimus, cumque in hominum animis tantæ latebræ sint et tanti recessus 91), ideoque fallax sit maximopere et saepe periculosa etiam de aliorum sensis et opinacionibus disceptatio; facile intelligitur, adpellationem, stricte sic dictam, contra Nemdam, nodis vix solvendis esse implicitam. Et haec absque dubio caussa est, cur neque in nuperrime excitato jure Gallico, neque apud Anglos, ut testantur FEUERBÄCHIUS 92) et COTTU 93), frustra id negante MEYERO 94), adpellationes propriae sint probatae. Eandemque hujus rei notionem in animo sibi effinxisse Provinciarum Sueciae quarundam Legumlatores, verisimile nobis videtur, cogitantibus, in Legisteriis provincialibus fere omnibus nullam aliam, quam in Judicem directam, occurtere adpellationem. Sed ut variis incommodis difficultibusque erat affectum totum hoc Nemdae institutum, quamobrem de eo (Jury) arctius contendo etiam in Anglia motas esse quaestiones, novimus 95); Conditores Codicis Christophoriani ad-

91) CICERO Or. pro Marcello. VII.

92) FEUERBÄCH. I. c. 53.

93) Die peinl. Rechtspfl. u. d. Geist d. Regierung in England. Nach d. Französ. des COTTU frei bearbeitet von HORNTHAL. Wien 1822. p. 178.

94) I. c T. II. (Angleterre). p. 155.

95) "La possibilité de soumettre à une revision les dé-

pellationes etiam contra Nemdam recipiendas esse duxerunt 96). Talis vero adpellatio, ut jam monstravimus, rerum naturae repugnat, ideoque vix credibile est, adpellatione contra Nemdam, saltem non nisi rarissime, fuisse certatum, priusquam, immutata prisca judiciorum facie, Judex et Nemda, con-nubio quasi functionum, in unum fere corpus coalescerent. Quamdiu vero disparia erant Nemdae et Judicis officia, adpellatio contra illam⁹⁷⁾ ante sententiam latam, contra Judicem vero post sententiæ publicationem, erant interponendae: quae etiam res satis superque commonstrat, quantum Nemda a Judice distet. Neque est silentio omittendum, Jura Municipalia, quia Judicia Civitatum alio prorsus modo erant instituta ac Provinciarum, non admisisse nisi simplicem adpellationem, eamque contra totum Magistratum directam 98).

§. 8.

De caussis, in quibus appellari potuit, nunc

cisions du jury en matière criminelle a été suggérée dans un petit ouvrage de KENDALL sur le combat judiciaire. MEYER l. c. I. XLIII.

96) *Wil man moth Nempd wädhia, Thå wädhí förr än hon sworet hafwer; LL. TmB. XXXVII. Cfr. Dahl. TmB. XI.*

97) *Dömer Laghnan eller Håradzhöfdinge Doom, wil någhor moth them wädhia: Thå wädhí etc. LL. TmB. XXXVIII.*

98) *StL. RådB. III. IV.*

videamus. Et primo quidem attentionem nostram meretur, quod appellatio antiquitus unica esset sententias latas impugnandi et corrigendi ratio, eaque complectens omnes caussas, criminales juxta ac civiles. Quae res, quamquam valde abludat a hodierna judiciorum forma et ordine, mira tamen nobis non videbitur, si modo effigiem istorum temporum animo impressam circumferamus. Multae scil. omnibus fere criminibus erant impositae, caussaeque ideo omnes putandae reapse civiles, ut luculenter demonstravit Vir, quem honoris caussa nominamus, *CALONIUS* 99). Ex hoc autem principio fluxit, ut Lagmannorum officium etiam circa crima cognoscenda et dijudicanda versaretur; quae res non uno quasi ictu in desuetudinem abiit, sed paullatim exolevit, ita ut non nisi recentioribus temporibus penitus sit sublata. Sic e. gr. initio sec. XVI commemorant Acta *Lagmannum*, de *homicidio cognoscentem* 100); et initio sec. sequentis Legislator statuit: *Sammaledes hafve Vi ok beslutat och samtyckt, at ingen Lagman — — —, skal hafva mackt några Halssaker eller andre Högmåls saker at tilgifve, igenom fingren se, nedhertyste eller förlike* 101). Quid! quod ipsa *Rätt. Ordin.*

99) L. cit. §. XXX. p. 144.

100) Ture Jenssen *Westgötha Lagmans dom*, då han höll Lagmanssting öfver ett mandräp d. 3 Decemb. 1512. V. *LILJEGREN* Fört. p. 45, N:o 96.

101) Norrköpings R. Besl. 23 Mars 1604 §. 6. Cfr. *STJERNHÖÖK*. 1 c. p. 54.

1614 § 16 haec habet: *Wär Domhafvande skal öfverse alla lifssaker, dem utur Härads-höfdingarnes, Lagmanns och Borgmästares Domböcker skärskåda 102).* Et apud nos quoque occurrunt multa exempla criminalium caussarum apud Lagmannum vel immediate, vel, adpellatione interposita, actarum, etiam post institutum R. Di-easterium Aboënsis; quorum nonnulla attulisse haud abs re erit: sic Lagmannus cognovit de homicidio etc. 103); de mordro 104); de adulterio simpli-ci 105); de vi 106); de concubitu clandestino il-legitimo 107); de incestu 108); iterum de vi

102) Ad regularem tamen Lagmannorum circa criminis operam abrogandam ingentem in modum contulit, quod his ipsis temporibus Judicia Provincialia Ordinaria non nisi anno quovis tertio haberentur. *Rått. Ord.* 1614 §. 3. Ex hac vero legis dispositione non potuere non varia incommoda proficisci; qua re permotus fuit Legislator ad sanciendum, ut haec Judicia altero quovis anno exerceerentur, v. *Res. för Ridd. o. Ad.* 17 Sept. 1668 §. 3; quae lex effectu tamen dia postmodum caruisse videtur. Tandem *Litt. Reg.* 25 Aug. 1680 præceptum, ut Judicia haec quovis anno haberentur, nosque hodie eodem jure vivere, tironibus est notum, RB. III. 1.

103) *K. Åbo HofR:s Prot.* 5 Maii 1624.

104) *Åbo HofR:s Prot.* 29 Mars 1644.

105) *Åbo HofR:s Prot.* 23 Apr. 1651.

106) *Åbo HofR:s Prot.* 19 Febr. 1653.

107) *Åbo HofR:s Prot.* 1 April 1653.

108) *Åbo HofR:s Prot.* 2 Aug. 1669.

etc. 109. Sensim tamen adpellationes in criminalibus in desuetudinem abire cooperunt. Primo scilicet certa delictorum genera ab adpellatione exempta 110); tum sancitum, omnia criminalia, ad cognitionem judiciorum militarium pertinentia, ejus esse conditionis, ut adpellationes non paterentur 111): quae ratio in cetera etiam fora usu paullatim irrepedit; deinde ad id perventum, ut Reg. Dicasterium Åboense Litteris Circularibus de 8 Aprilis 1662 Judices Inferiores edoceret, adpellationes in caussis criminalibus esse prorsus antiquatas 112). Cave tamen, putes Lagmannos postmodum de capite non audivisse; aliud enim Acta monstrant. Sic ex. gr. a:o 1680 OL. HAMNIUS, Lagmanni vices agens, a laudato Dicasterio petiit, ut sumtus criminum inquisitione Lagmannis allati, illis redderentur; unde et Dicasterium hac de re scripto Regem humillime adiit 113).

109) Åbo HofR:s Prot. 5 Oct. 1669.

110) Norrköp. Besl. 1604 §. 2; cfr. K:gl. Förs. 1 Oct. 1649, §. 3.

111) Krigs Art. 1621 §. 139. Reticendum non est, paragraphum 138 aliter tamen hac de re statuere; et esse sic repugnantiam inter has & §. Cfr. Förordn. angående Gen. o: Reg. R. 2 Mars 1683, §. 13.

112) Åbo HofR:s Prot. 8 April 1662. Cfr. tamen Prot. d. 15 Oct. 1669, contrarium referens judicis agendi rationem.

113) Åbo HofR:s Prot. 1 Martii 1680. Litteras ipsas temporum injuria periisse, est sane quod vehementer doleas.

Verum tamen silentio dissimulandum non est, Lagmannorum hoc nomine officium non fuisse nisi extraordinarium; criminum scilicet cognitio his temporibus ad Lagmannum adpellatione proprie non devolvebatur; sed moribus receptum, ut, ubi inquisitio Judicis Territorialis minus plena et accurata esset, Lagmannus eam redinteg- rare juberetur. Quæ consuetudo, a hodierno juris habitu prorsus diversa, haud scio an valuerit donec Rex **CAROLUS XI** eam denique sustulit. 113 b).

§. 9.

Quod adtinet ad temporis *spatium*, intra quod sententia lata impugnari deberet, ne vires rei judicatæ consequeretur, nullus *fatalis*, ut vocatur, terminus in Legibus priscis Provincialibus prescriptus est. Credibile tamen videtur, adpellationem, sententia pronuntiata, fuisse in continenti interpolendam. Ea saltem apud priscos Germanos erat rei ratio; quapropter Judex, sententia publicata, a litigantibus interrogare debuit, an eam *blasphemare* vel- lent, nec ne. Hinc **CAROLUS MAGNUS**: *de- clamatoribus vel caussidicis qui nec judicium Scabinorum adquiescere, nec blasphemare volunt; antiqua consuetudo servetur: id est, ut in custodia recludantur, donec unum e duobus fa-*

ciant 114), et eadem chorda oberrat Rex *LOTHARIUS* 114b), qui eadem etiam verba in *Leges Longobardicas* transtulit 114c). Neque aliter *Saxones* senserunt: *Wiederredet er das urtheil zu hand nicht: darnach so mag ers nicht wiederreden* 115). In *Gallia* quoque idem fere constitutum, ut videre est e his verbis in antiqua Lege obvenientibus: *S'il se parte de court sans appeller, il perd son appel, et tient le jugement pour bon* 116). Neque omni probabilitate caret hujus principii ad res quoque nostras applicatio; edicitur scilicet in *Lege Municipalī*: *Vil nåkor vädhia — — hätte wider twå öra pänninga, som tha genstan skulu framläggias* 118); et haud scio an ad eundem sensum sequentia Legis *Christophorianæ* verba restitui debeant: *Dömer Lagman eller Häradshöfding dom, vil någor mot dem vädja, då vädi a samma tinge* (mos, ut mihi videtur, antiquus) *eller innan nästa 8 dagar derefter* (recentior dispositio) 118), atque ideo Rex *CAROLUS IX*, qui constituit, adpellationes mox esse interponendas, ad antiquum morem recessisse est censendus 119).

114) *Capitul. Secund.* A:i 805. VIII. *BALUZ.* 1 col. 297.

114 b) *BALUZ.* II. col. 225.

114 c) *Leges Longobardicæ* LXIV. *CANCLANI* I, 205.

115) *Jus Prov. Saxon.* L. II. Art. 6.

116) Cit. ap. *MONTESQUIEU*. L. XXVIII. ch. 50.

117) *StL. RB.* V. Cfr. *Rätt. Proc.* 4 *Julii* 1695 §. 6 et. *RB.* XXV. II. pr.

118) *LL. TmB.* XXXVIII. Cfr. *StL. RB.* VII, 4.

119) *Patent d. 20 Martii* 1593.

Et observare juvat in Jure Academico remanere
veteris hujus moris vestigia 120).

§. 10.

Civium equidem maxime interest, ut ei, qui
Judicis inferioris culpa se jure suo privatum exi-
stimet, ad superioris æquitatem et justitiam
aditus patescat; ab altera vero parte videndum, ne
remedium ipso malo graviora detimenta incommo-
daque afferat, sed idonea in inquisitione caussarum
adcuratione adhibita, eæ quam primum fieri pos-
sit, æqua et justa finiantur sententia. *Properandum*
est, ut recte et sapienter monuit JUSTINIANUS,
ne lites fiant pœne immortales, et vitæ homi-
nūm modum excedant 121). Quem in finem Le-
gumlatores varias quæsiverunt vias; quas vero omnes
percensere jam non vacat. Nobis de uno tantum
hujus generis remedio paucis erit disserendum, nem-
pe: *de pecunia ab appellantibus deponenda.* Sci-
licet cum non paucorum mortalium ea sit philo-
sophia, *ut querendam primo pecuniam esse, vir-*
tutem post nummos, judicent; facile intelligitur,
homines, quos nec verecundia, nec religio a litigandi
studio cohibere valent, non tamen ad adpellationem
temerario ausu esse provolaturos, si pecu-
niæ summam, cuius jacturam æquo animo ferre
vix possint, periclitandam et veluti aleæ exponen-

120) *Constit. Ac. Ups. d. 27 Junii 1655. VII, 4.*

123) *I. 13 pr. C. de judiciis (III, 1.)*

dam esse videant. Haec adpellationis summa eo maiorem attentionem meretur, quo certius sit, eam esse caussam, cur hoc remedium apud maiores nostros nuncuparetur *Wad.* *BOTINUS* nempe statuit, eam hujus nominis esse originem, quod et *Judex* et *Pars* inter se certarent pignore quodam 122); sed vereor, ne *Vir Consultissimus* sic in errorem adductus sit. Omittam scilicet probabiliorem istam, ut mihi saltem videtur, hujus adpellationis derivationem a voce *Wädh*, quæ eandem fere habet potestatem, ac vocabulum *pant*; haec enim derivatio eo majori se nobis commendat verisimilitudinis specie, quod non solum *IHRIO* 123) probata videatur, sed etiam conformis sit institutis et linguae gentium barbararum. *Vadium* sc. de notat *pignus*, *fidejussionem*; et in duello rem quamvis, quæ vice *pignoris* ab eo, qui provocabat, in medium projiciebatur coram judice 124); et ob eandem, ut puto, caussam *dem Richter wetten* significat *multam Judici pendere* 125). Etiamsi vero a ritu alea certandi profectum forte

122) *Rättegångs missbruk och Domares vårdslöshet införde de första Vad.* Parten slog *Vad* med Domaren, om dess Dom skulle åga bestånd eller icke, etc. (*BOTIN Utkast till Sv. Folk. Hist. Stockh.* 1763. 343.)

123) *Gloss. SveoG. V. Wad.*

124) *Gl. Man. v. Vadium; T. VI. p. 732.*

125) *HALTAUS Glossarium germanicum praecipue juris et fori Germanici.* Lips. 1757 v. *Wette*.

sit hoc vocabulum, tamen nulla Judicis, ut *BOTTINUS* credit, hic habebatur ratio. Primo enim Judex nullam pecuniae summam depositum, vel aleæ commisit; sed Litigantes tantum inter se hoc modo certarunt (*slogo vad*). Antiquissima scilicet hujus instituti ratio sine ulla dubitatione talis fuit, quam lem *Litterœ* a nobis, p. 51, allatae Regis *MAGNI ad Ölandos* eam describunt. Et hoc respectu Litteris *MAGNI* consonant Jus Municipale *Wisbyense*, quod de nulla a Judice facienda pecuniae depositione loquitur. 126). Ut vero Judices eo diligenter et circumspectius agerent, posteriori tempore *sponsiones et vadimonia inventa* sunt, ut habet *STJERNHÖÖKIUS*, et *pecunia in eum finem deposita*, ut *eam Judex, si recte judicasset, lucraretur, sin minus, perderet, tantumdem etiam ex sua* 127). Observandum vero est, hanc Cons. Viri enarrationem non ab omni parte se recte habere; nam Judex, caussa cadente, non aequalem modo ac Provocans, sed duplam pecuniam pendere tenebatur 128). Cetera, quæ de hac pecunia, diversaque diversis temporibus eam disperiendi ratione, dicenda essent, in aliud tempus differre cogimur.

126) *Gottl. StL. Cap. IV, 1.*

127) *L. c. p. 34.*

128) *Wädhär man moth Håradzhöfdinge: Thå wåd-hie Målsåghande tolff örā, och Håradzhöffdin-ge thre Marker. LL. TmB. XXXVII.*

§. 11.

Etiamsi e Jure Canonico in Leges Suecanas adpellationes derivatae fluxerint, haudquaquam tamen æquabili isto et legitimo tenore initio ita devolvebantur, ut numquam per saltus quasi proruerent. Abundat enim Historia Juris Svecani testimoniis, quæ satis superque ostendunt, quantum per plura secula fluitaret quasi Judiciorum ordo; caussæque ideo, intermediis transultis formis, uno velut impetu ad ipsius Regis cognitionem deferrentur. Neque desunt testimonia, eos, apud quos summa rerum tum temporis esset, intenta cura in eo fuisse versatos, ut huic malo occurreretur. Sic Rex **ERICUS POMERANUS** de nobis Fennonibus haec fatur: *met idher ther i landhet, som fierran ligger fran riket är stor vanskilse om rätt ok lagh, enkannelica aff thy at vi fore rikens ärende skuld siellan kunnom thijdh i landhet ko-ma, ok almoghanom är offstugnht thädan sökia os sva ferran med therra ärende ok käremolom;* qua re permotus instituit hic Aboæ Supremum Judicium (*Landsrätt*), de cuius jurisdictione sancit: *ther sculu inghen andra ärende höres, utan the tijdh varda scuthen af Lagmanz Tingh eller Heridz Ting 129).* Eandem quoque justitiæ

129) Litt. R. **ERICI POMERANI**, quibus summum Finlandiae Judicium constituit et instruit, d. 29 Oct. 1435; insertae **PORTHAN** Syll. Monn. ad Illustr. Hist. Fenn. Pertinentium, p. 165.

administrandae fluctuationem posterioribus temporibus animadvertere licet; quamobrem in Statuto Telensi a:o 1491 statuitur: *Item som Laghen utwiser, att engen bör komme före Kongen eller Rigesens Forstanderi med nogre käre, wthan han hawer warit paa HöritzTingh och LagmanzTingh, eller Radstwgu, och wadt fran them under migh STEN STURE och Rigesens Raadh; hwo ey woedhyer, blifwe widh theres domoe och alle domoe blifwe widh welmacht; widh then plicht Laghen utwiser, — — wthan the wardhe swo waddhe som forscrifwit star 130).* Sed effectu tamen caruit haec legis provisio; queriturque ideo Rex CAROLUS IX¹³⁰⁾ de tumultuaria Judiciorum administratione hunc in modum: *ändock Sveriges beskrifne Lag nogsamt utwijser, huru med alle twistige Rättegångssaker handlas och hållas skal, såsom wij ock — — läte gifwa tilkänna och alswarligent tilsäija, at inge saker skole wid Hofvet blifva antagne och förhörde, med mindre de varit först på Härads- oeh Lagmansting ransakade och sedan lagligen wadde under Konungen, som all sanning uthleta bör. Men så förnimme Wij dock at sådant intet blifver effterkommit och achtet, utan Wij*

¹³⁰⁾ Telge Stadga 1491 § 17 in HADQRPH. App:
ad LL. Bircens. p. 69.

¹³¹⁾ Stadga om Rättegånger d. 25 Febr. 1598 pr. Chr.
Patent d. 20 Martii 1593, atque Öppet Mandat om
Rättere Ting d. 4 Dec. 1602.

warda dageligen med oändelige klagomåhl och Rättegångssaker bemödde och öfverlöpne, som dock med rätta och eftter Sveriges beskrefne Lag borde först på Härads- och sedan på Lagmansting blifva förhörde och slitne. Quid! quod etiam sub *GUSTAVO II. ADOLPHO* non penitus sublatum fuerit hoc malum; cuius rei exempla fuse et erudite, pro more suo, collegit *HALLENBERGIUS* 132). Et nos quoque symbolas haud paucas ad eandem rem illustrandam e sche-dis nostris dare possemus, si istam excursionem pateretur hujus libelli modus.

Caußae, cur gravi hoc morbo laboraret Suecia, faciem istorum temporum propius intuentibus diu latere non potest. Erat sc. Judiciorum superiorum forma et ordo fluxus valde et vacillans. Primo nimirum Judicium Regis nec quoad tempus, nec quoad locum erat statum, nec certis quibusdam et ordinariis cōpositum membris 133). Postquam deinde tempus, quo haberetur, quodammodo determinatum esset, tamen nec locus certus, nec membra eadem semper 134). Denique prae-

132) *Sv. Rik. Hist. under Kon. GUST. AD. d. St. Reg.*
III. 124, 275, 276, 285, 286. IV. 505, 519, 641.
V. 150, 151, et passim alibi.

133) Jura nostra Provincialia fere omnia ignorant Judicia superiora, loco vel tempore statu habenda.

134) *ÖGL. RäfsB. III*, 1. Temperare mihi vero non possum, quin, re sic ferente, de caussa, cur hic Titulus

ceptum ut *Räfsteting* certo loco et tempore insti-
tuerentur, sed nec sessiones continuae, neque As-
sessores, qui sede sua deturbari non possent, con-

adpellatus sit *RäfsteBalk*, observationem quandam apponam. Omnes fere Scriptores, de hoc Titulo ita lo-
quuntur, ac si nomen suum sortitus esset e Judicio su-
premo *Räfsteting*; sed derivatio illa nobis haud placet.
Räfst sc. hoc loco vim et potestatem vocabuli *Ting*
in genere nobis habere videtur; quae hujus vocis accep-
tio non uno loco occurrit. Sic in Catalogo Regum Sue-
canorum ad calcem WGL. p. 99 de R. *Anundo Kol-
bránnna*: *han var rivum i räfstum sinum*; quae
verba in Vocabulario subsequenti ita explicantur: *han
var ospar i domum sinum*. Et in Additionibus ad
WGL. p. 87. occurrit *Hárazráfst*; et in citato
Jure Ostrogothico RäfsB. IV. commemoratur *Fiúrdunx-
räfst*, atque supremum illud Judicium Regis vulgo insi-
gnitur non nomine *Räfsteting*, sed *Konungs-
räfst*. Titulum hunc *Räfstebalk* vel obiter inspi-
cientibus evidens est, istum continere totum Jus Pro-
cessuale, quod in ceteris legibus provinciali-
bus *Tingmålabalk* audit. Oscitanter ideo nobis
SCHILDENER egisse videtur, qui in Animadversioni-
bus suis ad *Guta Lagh, das ist der Insel Gothland
altes Rechtsbuch*, Greifsw. 1818 p. 127, statuit: *Diese
Oberinspections und Revisionsgerichten, deren erstes
nemlich das Räfsteting in den meisten Provincial-
rechtsbüchern zu einem eigenem Hauptabschnitte
(Räfste b a l k) Veranlassung gegeben.* Frustra nim-
rum in aliis legibus, quam *Ostrogothica*, talem Titulum
(*Räfstebalk*), et aeque frustra in hoc Jure Titulum, in
ceteris obvenientem *Tingmålabalk* quae siveris.

stituti erant, 135). Ast, recte notante *MEYERO* 136), sine instructa continua ista Judiciorum serie, aequabili tenore adpellationes procedere nequeunt. Decursu vero temporum, sapientissimo consilio id sancitum, ut *Räfste-* et *Rättaretingen* essent *Permanentia*, et nomine mutato, adpellarentur *HofRätt* 137) Haec

135) *LL. TmB.* IX. X. Cfr. *KB.* XXXV.

136) L. c. III, 159. IV, 190 et passim alibi.

137) Ad hanc Juris nostri progressionem non adtendit Cel.

GEYER l. c. p. uti et rei rationi historiaeque contraria esse videntur, quae de origine Dicasteriorum (*Hofräster*) assert: *Af Konungarnes GårdsRätt* åro äfven *HofRätterne* i sitt senare skick upkomna, hvilket ses ej blott af namnet, ty *HofRätt* och *GårdsRätt* är detsamma, utan äfven deraf att de ånnu alltid åro en *Privilegierad Domstol* för *Adel*. Från *Gårdsrätt* blefvo de *Lånsrätt* och *sluteligen*, emot sin princip, en högre instants i allmänna rättegången, sedan man från dem skilt den egentliga *Gårdsrätten*, nu *Borgrätt*. Quæri vero potest an *Räfst-* et *Rättare Ting* essent *Konungarnes Gårdsrätt*; vel an essent, emot sin princip, en högre *Instans* i allmänna Rättegången? Item an Rex *GUSTAVUS ADOLPHUS*, ubi loquitur de: *Almogen*, som esomoftast begifver sig straxt till *Hofva*, *Rätt*. Ord. 1614 pr., Judicium sic dictum Aulicum (*Borgrätt*) respicit? Ceteroquin cum ordine Nobilium tribunali sic dicto *Borgrätt* nil rei erat; et quod caussae quaedam Nobilium pertinèrent ad forum *Privilegiatum*, jam sancitum erat priusquam Dicasteria instituta essent. *Adelsmän* skulle ej vara förpligtade at stå til rätta i lifssaker, för andre än sine vederlikar, och ingom tildömmas eller

vero exoptata rerum conversio ad formam et ordinem adpellationum certos stabilesque reddendos

frändömas några gods utan af Riks Råd på Konungens Räfsteting, edicitur in Ad. Privilegier af 1612, insertis HALLENB. l. c. I, 247. Et ut genuina ratio institutorum Dicateriorum eo clarius eluceat, juvat quaedam ex oratione, quam, cum Dicasterium Holmiae introduceretur, habuit AX. OXENSTJERNA, recitare, ubi inter caussas hujus Instituti refert: then stora obequāmligheet och möda, som Konungarne i Sverige tilsförende mände hafva haft tit at igenom Räfst-, Lands- och Rättare Ting, orättvisan at styra och dämpa, hvarjom och enom Lagh skipa. Therfore Kongl. Maj:t inråttat en Konungslig HofRätt eller Parlamente, som alla the saker som tilsförene efter Lagen och sedvänje hafva hört under Räfst-, Lands- och Rättare Ting, ransaka och afdöma skal. V. WIDEKINDI Gust. Ad. Hist. Stockh. 1691. I, 212 Cfr. 204. — Inter praeципias vero caussas, cur hoc Judicium adpellaretur HofRätt, tuit ea, quod primo, et quidem usque ad a:o 1697 in Aula Regia sederet. V. ELERS Stockholm T. IV, p. 18. — Neque omnino recte se habent, quae ulterius urget Cel. GEYER: Anomalien i hela inrätningen visade sig åfven deri, at ehuru Hofrätten vid sit instiktande var åmnad at döma Konungsdom, den likväl innan kort oförmärkt, och sluteligen erkändt, åter fick en Domstol öfver sig. — — — Hvaraf likväl altid den olägenhet följt, at Sv. Rättegången nu har 4 Instantier i stället för de 3 naturliga. Disquisitionem: an re vera dici possit, nos nunc habere 4 Instantias, sicco pede transeamus; profecto Cel. Auctor nullum Jurisperitum

quam maxime contulit. Inter primas itaque Dicasterii Aboënsis curas operasque fuit, ut Judicibus Inferioribus inculcaret, praescriptum istum ordinem in adpellationibus religiose esse observandum 138). Hanc vero rem amplius jam exponere non vacat; sufficiat animos civium paucis revocasse ad memoriam instituti hujus Regii Tribunalis s. Dicasterii: eventus non uno nomine memorabilis. Duo scilicet ad hunc ipsum, quo haec scribo, diem elapsa sunt secula, ex quo jura aquid nos dispensare jussum est Judicium hocce 139). Et, si sorori ejus aetate juniori, Academiae Auraicae, id merito debemus, quod scientiis et bonis quibusvis artibus novum nostris in oris decus et pervagatio-

suae lac in re opinioni habebit suffragantem. Moneamus tantum, Dicasteria haudquaquam esse mali, de quo queritur, caussam. Nam antiquissimis jam legibus et moribus fuit receptum, ut Rex ipse, super omnes Instantias elatus: *måå om all måål Sannind uthleta: Han må åter bryta alla Skroksoknir och alla Offsoknir: LL. TmB. XLI;* Ex eodem principio *Rex ERICUS POMERANUS in Mandato de Råfsteting 1413, § 13, sancit; Ware thet swa at noghor — — æy willes tande eller lydhi then Ræt ok Dom som thesse (Råfstet. sc.) dömde, — tha scule the scrifua oss til inserto, HADORPH. App. ad LL. Birc. 37.* Cfr. *Rätt. Proc. 1615 §. 35.*

138) Åbo HofR:s Miss. d. 23 Dec. 1623.

139) Fullmakt för Åbo Hofrått, dat. d. 15 Juni 1623.
Cfr. HALLENB. L. c. V, 155. Prima vero laudati Dicasterii Sessio d. 51 Oct. 1623 habebatur.

cultus accesserit, certe gratissimo fatendum est animo, si stabilibus jam vivamus et juribus, et accuratori fruamur jurium horum administratione, haec Dicasterio Aboënsi accepta summo jure referenda esse.